

Theses inaugurales medicae / [Georg Friedrich Beza].

Contributors

Beza, Georg Friedrich.
Zeller, Johann.
Universität Tübingen.

Publication/Creation

Tübingen : J.C. Eitel & Widow of M. Romme, 1695.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/b97cfpgj>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Σὺν Θεῷ.

THESES INAUGURALES MEDICÆ.

Quas

fusu atque Decreto

Amplissimi & Gratiofi

COLLEGII MEDICI

In Per-Antiquâ Academiâ Tubingensi

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
atq; EXPERIENTISSIMO,

DN. JOHANNES ZELLERO,

Med. Doct. Anatom. Institut. & Chirurg.

Profess. Publ. Ordin. Sereniss. Octingens. Princ.
Archiatro.

*Dn. Patrono, Præceptore & Evergeta suo Parentis
instarpiè devenerando.*

PRO SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

DOCTORALIBUS

Addiem April. hor. antemer.

IN AULA NOVA

Solenni Eruditorum Examine submittit

RESPONDENS

GEORG. FRIDERIC. BEZA, Gernspacens.

TUBINGÆ,

Typis Joh. Conr. Eitelii & Vidua Martini Rommels,

ANNO MDCXCV.

Dr. Selt

In Per-Antiqua Famigeratiss. juxta atque Florentissima hac
EBERHARDINA

Illustris Facultatis Medicæ
COLLEGIO AMPLISSIMO

*VIRIS NOBILISS. AMPLISS. EX-
CELLENTISS. atq. EXPERIENTISS,*

DN. ELIÆ RUDOLPHO CA-
MERARIO Phil. ac Med. Doct. Prax. Prof.
Publ. Famigeratissimo, Consil. & Archiat. Sereniss. Domûs
Würtemb. Felicissimo, Fac. Med. Seniori,
& p. r. Decano Spectatissimo

DN. JOHANNI ZELLERO,
Med. Doct. Anatom. Instit. & Chirurg. Prof.
Publ. Celeberrimo, Consil. & Archiatro Sereniss. Domûs
Oettingensis Felicissimo, Præsidi Disput.
Gravissimo,

*DN. suis Mæcenatibus, Promotoribus, quodque
summa gratiâ recordor, Præceptoribus omni
pietatis ac observantia cultu, quoad
Spiritus hos reget artus, jugiter
devenerandis*

Specimen hoc Inaugurale Medicum

In piæ gratitudinis devotissimum
testimonium

Sui suorumque studiorum perpetuam,
eamque humilimam commendationem

dat, dicat. dedicat

RESPONDENS

THESIS I.

Macula purpurea, livida, nigra subito in ambitu corporis absq; causâ manifestâ erumpentes, & vel ante, vel in ipsâ, aut post hemorrhagiarum narium, vel feces alvinas sanguineas, aut mictum cruentum apparentes periculose admodum sunt, multùm imò ut plurimùm lethales.

EX qualitatibus corporis varia formant signa *Macula* in partibus ejus apparentes, quæ variæ sunt, vel *benigna*, vel *maligna*. Inter *benignas* numerantur *Lentigines*, *Ephelides*, *Macula hepatica*, interdû *scorbutica*. Ad *malignas* referuntur *Macula rubra* variiq; coloris & magnitudinis in *lue* & *pea* affectis absque dolore, quæ vel in leviter infectis, l. m. post salivationem, aut cariẽ ejus diurnâ accedunt; *Macula* item *Volatica* infantum, *Morbilli*, *Rosalia*, *Petechia*. Præter has aliæ in corpore subito efflorescunt nemine cogitante, & nunc in toto, nunc in partibus quibusdam solum, *purpurea*, q. s. guttulæ sanguinis essent, *livida*, *nigra*, & plerumq; cum *fluxu sanguinis*, l. *per nares*, *os*, *alvum*. l. $\square$ *m*, quem l. mox antecedunt, l. sequuntur aut comitantur. Ut a. res eò clariùs pateat, historias quas d. recensebo, quas *Excell. D. D. Joh. Burck. Mœgling, Physicus Stuttgardia, Practicusq; celeberr. Natura Scrutator Ingeniosissimus* mihi nuper, cum ipsum invisi, occasione earund. macularum ab *Excell. Dn. D. Preside* observatarum, & loco themathis Inaugural. tractandarum communicavit, posteaq; ex notatis suis transcripsit, cujus verba, cum ponderosissima sint, retinebo.

Macularum istiusmodi *rubrarum, purpurearum, lividarum*, (scripsit) & *nigrarum* subito in ambitu corporis pronascentium, & plerumq; si non semper, cum *sanguinis excretionel. per alvum* (cujus *feces* eapropter q. s. *fuligine* conspersæ apparent, & notas commixti sanguinis affusæ aquæ calidæ, & intinctis lintheaminibus l. papyro facilè exhibent) l. per $\square$ *m* (quale exemplum *N. Binniger. Cent. 3. Obs. 6.* recenset) eapropter quandoque *cineritiam*, in fundo urinalis pulverem atrum exhibentem, vel nigerrimum, l. m. per *vomitum* facta, aliquot exempla novi.

Reverend. quidam Pastor & Decanus per multos annos in dextro brachio 4. aneurismata instar tuberculorum eminentium (quorum primum ex occasione arteriæ loco venæ ab inepto Barbitonsore incisæ prognatum erat) secundum ductum arteriæ brachialis claviculas versus habuit, quibus forsan alia adhuc intra corpus prope cor aut eodem ramo arterioso interno corre-

sponderunt, id quod exinde collegi, quod, si forte brachio isto fortiùs innixus fuerit, aut objectum aliquod gravius prehenderit, librum, sellam, vel equo vinctus illum percusserit fortiùs baculo, aut excanduerit, lipothymias inde vel leves l. graviores pro diversitate motus istius brachii l. animi senserit; Hic post febrem 4tanam diuturnam, & hanc excipientem cachexiam, diebus aliquot mortem placidam antecedentibus similes *maculas purpureas* plurimas nactus fuit, primum in dextro brachio, postmodum *et* in pede istius lateris, tandem in universo corporis habitu, absque tn. sanguinis aliquâ excretionem.

Recordor, ante 10. circiter annos *Neobürga in Duc. Würtemb. istiusmodi affectum* q. *epidemicum* fuisse, plures corripientem, plerumque ab anno ætatis sexto ad decimum usque cum febre continuâ, subitanâ virium prostratione, & sanguinis manifestâ & largâ evacuatione vel per alvum, l. $\square$ m, vel vomitum, conjunctum, adeoque semper periculosum succumbentibus scilicet aliquot ægrotis, & quibusdam difficulter evadentibus; Medicamenta, quæ ipsis exhibueram, erant potissimum alexipharmaca, ad febris malignitatem, & symptomaticum sanguinis fluxum directâ.

Pforzheimii quondam curæ meæ subjecta fuit *puella*, circiter *annorum*, quæ unâ cum hisce *maculis* copiosissimè in omni corpore provenienti- bus magnam inflammationem in alterutro labio pudendi, & crure istius lateris, & intumescen- tiam patiebatur, & adhibitis internè alexipharmacis, externè v. fomentis ex rad. aristol. long. H. alliar. scord. rorismar. myrrh, olyban. ac camphora in vino decoctis sanitati restituebatur.

Præteritâ æstate hic *Stuttgardie* duo exempla mihi occurrere novi, unum *puella cujusdam decennis*, quæ febre tertianâ intermittente aliquot dies laborans istiusmodi *maculis* undique in ambitu corporis conspersa fuit, & similibus, ut de *Neobürgensibus* fuit relatum, medicamentis usâ DEO benediciente convaleuit;

Alterum erat *fœmina cujusdam annorum 42.* quæ post. largum $\square$ ium fluxum 10. & continuas perdurantem similes in toto corpore *maculas* nacta fuit, unâ cum *hemorrhagia narium* frequenti, & *sanguinis sinceri* quoque per *alvum*, alioquin ipsi *viscidissimam*, excretionem cum febre lentâ, & languore totius, & tandem annuente Divinâ gratiâ restituta.

Ultimò anni proximè præterlapsi die *Filiolamea dulcissima annorum ætatis 10.* unâ cum *hemorrhagiâ narium*, quâ antehac nunquam laboraverat, similes *maculas* plerasque *nigerrimas*, passa fuit, & tertio morbi die, nihil quicquam juvantibus externis & internis medicamentis occubuit; Erat hæc *puella* jam per 4cennium circiter ab exantlata scilicet periculosa dysenteria *cachectica*, a te l. iennium & quod excedit, *variolis* correpta fuit periculosis, scilicet statim confluentibus & copiosissimis; Variolas exceperat *ophthalmia* gravissima,

nam modo dextri, modo sinistri oculi, cujus cornea aliquando penetranter fuit exulcerata, prolabente scil. uveâ tunica, myocephalam referente; Adhibita fuere huic Patienti per totum morbi decursum ex lege methodi varia medicamenta, anticachectica, alexipharmaca, aliaque plurima, exiguo plerumq; c. juvamine, & recidivante sæpius ophthalmiâ, scabieque modo humidâ modo siccâ totum corpus occupante, quæ tn. ad primum ultimi affectus insultum omnis subito fuit retro pulla, pustulis cunctis planè resiccatis & qs. atramento nigerrimo tinctis. Huc usque *Excellentissimus Dn. D. Mögling.*

Ex *observationibus Excellentiss. Dn. Presidis*, duas solum ob characterum angustiam adducam; Vir quidam non infimæ sortis aliquot septimanas ante obitum 3tianâ laboravit, paulò postquàm ab illâ convaluit, arthriticos dolores sensit, hincq; lassitudinem majorem, calorem, non tn. talem, qualis in febribus malignis esse solet; In crure tum subito ipsi effloruerunt *macule* aliquot *livida lata*, quas mox excepit *hemorrhagia narium* adeo pertinax, ut nullis, nec generosioribus, V. S. ligaturis sisti potuerit, quam brevi post mors subsequuta fuit; Sanguis erat instar loturæ carnis, licet toto vitæ suæ tempore roseas circum tulerit genas.


In *Diœcesi Maulbronnensi* in *Zeissenhausen* obiit *puella* præterito mense Jan. currentis hujus anni 5. annorum, quæ à nativitate nulla *sexus* signa ferebat, *puella tn. nomen*, nescio quâ causa accepit; Huic *Urina ex umbilico*, in quo tn. nulla orificia conspicienda erant, per totum vitæ tempus transfudavit; In *regione vaginæ uteri* erat *anus*, ita ut antrosum excrementa alvina exiverint, aliquot dies ante obitum loco *urinae* ex dicto *umbilico* nil ns. sanguis effluxit, ubi simul *macule* in toto corpore diversæ magnitudinis pronatæ fuerunt, *nigra & purpurea*, ac si corpus *sanguine* conspersum fuisset. Reliqua de hac historia notata forsan mox publicæ luci dabit *D. D. Gsell. Phys. Vayhingenf.* cui *D. Præses* rem aperuit, sectionemq; commendavit.

Macule hæ forsan eadem dicuntur esse cum *petechiis*, adeoq; nihil rari aut diversi ab illis inferre; Notandum tn. est, quod, licet sæpe convenient ratione coloris, & eventus cum illis, non tn. in omnibus similes sint; sæpe n. adsunt hæ absq; *calore sensibili*, interdum *levis lentusq;* solum *calor* jungitur, desunt & reliqua symptomata febrilia, *obambulare* possunt, interd. plane *nulla malignitatis signa* adsunt, quæ omniâ de febre Petechiali dici nequeunt.

Cur a. *macule* istæ *purpurea, livide, nigra* adeo *periculosa*, imo *multum & ut plurimum lethales* sint, semperq; vel ut plurimum *sanguinis fluxus* s. v. per *vomitum, nares, sive alvum*, aut □ in ipsis jungatur, inquirendum nunc venit. Constat partem gangrænosam summè rubere ob inflammationem & ardorem, sphacelatam v. livescere, nigrescere; colorem a. hunc esse à sanguine in

& sub cute latente, eoque vel gangrænofo, l. sphacelato, huncque colorem nigrum semper notare mortificationem cutis vel humoris latitantis: Constat insuper gangrænam esse l. incipientem, l. fientem, l. factam, & secundum huius gradus variare colorem, donec in sphacelo niger evadat: Constat denique partem gangrænosam solidam in consensum trahere vicinas, imo totam M. S. sæpe mortificare, ns. succurratur illic. Quod autem fit in partibus solidis, & totâ quadam parte, brachio, pede aut alia, id quoque fit in vasis, in sanguine ipso, & particulis alicujus partis, in quibus maculæ efflorescunt. Gangrænosus fit sanguis & mortificatur in vasis l. totus, l. secundum quasdam solum particulas, in peste, à veneno, in febb. petechialibus, variolis non nunquam & morbillis, imò in scorbuto & lue ☿eâ, quod exinde probatur, quod si in peste bubones, in febb. petechial. maculæ, variolæ & morbilli regrediantur, subito moriatur æger.

Mortificatio autem hæc l. *corruptio* in sanguine alia est *fiens*, alia *facta*; & quidem nunc in pluribus, nunc paucioribus particulis, & hinc vel plures, vel pauciores exoriuntur macula, & vel intense rubra, vel livida, vel atra. Ubi autem gangrana, mortificatio, sphacelus est, licet partium solum quarundam, ibi res est periculi plena; mox enim in consensum trahuntur plures, nisi quanto cyus expellantur illæ, sæpe autem frustra tentantur omnia, ægerque ut plurimum perit. Unde autem mortificatio hæc sit, difficilius dictu est, variabit autem sine dubio ratione particularum, cum in dictis casibus non eadem semper deprehendantur symptomata. Ex analogia forsan res poterit explicari. Notum est à ☿bus corrosivis, causticis, si illa imponantur cuti, scindi, rodi illam, destrui ejus figuram, illamque consumi, livescere atque nigrescere. Eandem corruptionem & dislocationem patiuntur particulae sanguinis, præsertim ☿ea, ☉ea, & ☿uosa, hæc diversimodè configurantur vel penitus annihilantur, & vel à venenis, aut aliis ☿is ☿nis corrosivis, ponticis, vel per contagium receptis, vel ingestis in cibis, potu, & Δe, aut ab animi pathematibus irâ, mœrore, quæ non solum ☿us consumunt, sed & generationem eorum impediunt, unde non possunt non austere, ponticæ colligi istæ particulae, alias ita corrumpentes, destruentes. Ab his ☿is nimis & p. n. pori seri nimium constringuntur, quò minus partes rubicundæ crassiores in eò contineantur, & detineri queant;stantur hinc partes, uti lac ☿tari videmus, ut particulae butyraceæ & caseosæ partem sanguinis rubicundam repræsentantes, secedunt à sero, sicq; unio solvatur; Hinc defluxiones seri, quæ in glandulis, ubi aliàs id secernitur, fiunt, hinc hæmorrhagia, fluxus alvi, mictusq; cruentus, tumores, dum insimul ad cutaneas

taneas glandulas eadē quoq; particulae feruntur, *maculasq;* illas generant, ad quas partes quidem naturae robore protrudi dicuntur, nobis vero non ex ejus intentione, sed potius partium dictarum dispositione, minoriq; resistantia, ac in glandulis interioribus est, ob sanguinis pulsum ibi majorem, fibrarumq; fortio-riorem elaterem qb  uum majorem copiam dependere videtur.

THESIS II.

In Curatione Tympanitis multum praestant Vomitoria.

DE existentia affectus hujus dubitarunt nonnulli Practici, an talis revera detur, qualis apud Autores describi soleat, eumque nihil aliud nisi meram quandam cachexiam esse statuerunt, utut ventres flatibus distendi asseruerint; *Alii* vero rarissimum illum esse dixerunt, vixque occurrentem. *Priores* quod attinet, miror argumentari a negatione propriae experientiae ad negationem rei existentiae, praer. cum tot, tantique Autores sint, qui illum tradiderint, ventresque instar tympani distendi atq; inflari docuerint, ut *Hippocr. noster, Platerus, Schmetius, Sennert. Sylv. Willis. Aët. Coll. Nat. Cur. Dolans*, aliiq;, praestiterunt, & quotidiana testatur experientia, imò illi ipsi adhuc concedant, ventres flatibus aliquoties distendi, interim a cachexia tq. speciem a genere noluerunt distinguere, quod tn. in hydropse *Ascite* fecerunt. Quoad *Posteriores* non inficias eo, nonnullis rariores istiusmodi contingere aegros, aliis v. frequentiores esse, nemini tn. gratos ob eventum dubium, raroq;, felicem. Ut a. de existentia hujus affectus diversi sunt Autores, ita non min⁹ ratione essentiae, subjeeti, causarū. Methodiq; medendi variant: Tumore n. hunc nonnulli ex ∇ & flatibus natum dicunt, alii ex una atq; simplici materia, flatibus puta, exortum. *Nec subjectum* ejus unum idemq; habetur & censetur ab Autoribns; Nonnulli n. at de minis cavum materiam istam flatulentam continere, eaq; intumescere dicunt; *Alii* inter mesenterii & intestinorum tunicas stagnare illam asserunt; *Alii* viscera in cavitate ventris existentia, ventriculum, intestina, atq; uterum adeo inflari enunciant; Intra partium & viscerum membranaceorum infimi ventris tunicas inflationem hanc ponit *Willis. Tr. d. Morb. Convuls. & Part. 2. I harm. Rat. S. 2. c. 4. d. Tymp* probatq; in sectionibus partes membranaceas elevatas & in molem adactas, membranas ab invicem divullas & solutas esse, ut circumquaq; tumidae & laxae quasi in bullulas sv. vesiculas inflatae appareant, deprehendisse ipsum. *Nec minus* in causis, eaq; tam efficiente, quam materiali affectus hujus Autores diversi sunt: *Nonnulli* enim statuerunt causam efficientem

flatus, partes dictas unicè distendentes; *Alii* fermentationem p. n; Willis v. *uum* animal. influxum impetuosum atque tumultuarium in partes membranofas dictas intestinorum accusat, ab irritatione, hincque inductâ ataxiâ natum, indeque ab illis irruentibus peritonæum extumescere, intestina ampliari, distendi & inflari, mesenterium aliaque viscera membranacea *uum* impetuosoturgida velut in molem attolli, vacuitates hinc à viscerum concavorum extumescentiis fieri; id quod probat partim autopsiâ in ipsis inflationibus abdominis per sectionem detecta & observatâ, partim instituto experimento, dum in animalibus vivis nervum 8vi paris in collo ligavit, quam ligaturam postea inflatio ventriculi, quasi à vento facta, secuta fuit. *Secundò* à subsecuto tumore flatulento totius corporis vulnerationem & puncturam nervi axillaris. *Tertiò* à subitanea ejus generatione in *paroxysmis tum colicis, hystericis, tum hypochondriacis & epilepticis*. *Quartò* quod ab indignationibus & exascentiis; ac *quintò* ex venenorum tanqm. corporum summè acrium & acidorum, hincque vellicantium aut irritantium nimium exhibitione inflatio talis nata fuerit. Ex remotioribus causis variæ adducuntur; Cibi potusque Si, in nimia quantitate assumti, cruditates hinc copiosè in ventriculo atq; intestinis collectæ, ac subsistentes, passionibus immodicæ *uum* depauperantes, evacuationes solennes suppressæ; verbo omnes causæ flatuum, quas *Spectatiss. Dn. Decan. noster in Diss. de Physograph.* recensuit; *Aliis* vapores crassiores & copiosiores à fermentatione excitati, qui poros transire impediti, flatus constituunt, *vid. Lum. Ration. Med. Craan.* quod tamen pro suo labore agnoscere noluit, & hinc publicè contra illud protestatus fuit. *Nec unam eandemq;* Methodum med. in curâ affectus hujus Autores observant; Vulgariter curatio instituitur purgantibus & carminantibus, iisq; fortioribus, d. plerumque infelici successu, cum ab illis malum potius exacerbari, tumoremq; augeri experientia probet. Ab absorbentibus, aperientibus, iisque junctis carminativis felicior longe fuit effectus. Ex suâ hypothesi aliam sibi effinxit methodum *Willis*, experientiâ quid. nondum comprobata, sanæ tamen rationi non difformem, quæ in hoc potissimum consistit, ut singulis 6. & 7. *bus* lene abstergens & laxans exhibeatur, diureticis & enematibus sedulò incumbatur, non neglectis topicis. Materiam ejus medic. *vid. l. cit.* De omnibus autem hisce si aliquid dicere licet, bonâ cum pace, videtur nobis subjectum hydropis hujus sicci potissimum constituere *ventriculum & intestina*; Testantur enim sectiones in universum quasi in istiusmodi tumoribus siccis nec uterum, quem tamen l. *is* aliquandiu l. lochia suppressa suspectum reddebant, peccasse aut inflatum fuisse, uti *modo laudatus Ampliss. Dn. noster Decan. ad Cineres usq; ve-*

nerandus Dn. Præsidi retulit, & is ipse quoque observavit; Nec cavum abdominis continuisse materiam hanc, sed solum ventriculum & intestina, uti *Plater. Schmetius* atque *Dolans* asserunt, ex sectionibus cadaverum tympaniticorum demortuorum constat unicè has dictas partes inflatas fuisse, quibus variæ observationes in *Abt. Coll. Nat. Curios.* collectæ 75. 86. Ann. 2. adstipulantur, nostraque mox sequens docet. Quibus accedit, quod plerumque affectus hic nascatur ob enormes in diætâ errores commissos in utroque sexu, ob ingesta & copiosiora, cibosque crudiores; & quod in hoc ipso loco & parte fermentationes contingant frequentiores; eaque flatuum officina hætenus habita fuerint, Methodusq; tandem medendi id evincat. Non negamus quidem in omnibus partibus corporis nostri contineri Am, & exinde in illis flatus generari posse, credimus autem potissimum abdomen distentum debere intestinis inflatis, potissimamque, si non semper, sedem tumoris hujus sicci tympanitis, esse in hoc dicto canali.

An vero juxta *Willis.* interstitia intestinorum tunicarum vel divulsæ & se invicem ab impetuoso ω uum animal. influxu, vel fibræ earum dictis ω ibus turgidæ, utraq; hinc intestina adeo distendentia, vacuitatemq; eorum flatibus tum fortè implendam efficientia, sedem hujus affectus constituent, ideo dubito; quod in colicâ spasmod. ubi dolores intestinor. sentiuntur intolerabiles, furorq; ω uum animal. enormis sit in dictis intestinorum fibris & nervis, venter tn. potius contrahatur, comprimatur, seu gracilescat, ac infletur, ita ut alia causa intumescentiæ subitanæ ventris in colicâ indigitanda sit. Nolumus tn. omnem intestinorum extensionem a ω uum animal. influxu fortiori efficiendam rejicere, licet insignem illam inflationem in tympanite conspicuam illis adscribere nequeamus. Methodum med. quod spectat, dictis non semper insisteri posse ex indicationibus colligimus; cum n. cruditates in primis viis hæreant, illæq; non ns. vomitoriis obediant præparatæ, credimus illa præ purgantibus præscribenda esse, ut pote quæ minorem effervescentiam faciunt, ac purgantis, ut inde nec malum iis exasperari possit; Leniora interim ut & incidentia ista purgantia, quorum fortissimum est ϕ dult. aliis evacuantibus junctum non rejicimus; Maximè autem probamus, ubi necesse est, diuretica, aperient. & mitiora carminantia. Hæc methodo incessit *Desideratiss. Dn. D. Scruta, Practicus Ingeniosiss. ac Feliciss.* qui ante omnia vomitoria mitiora exhibere jussit, postea *elysteres emollient.* injicere, ut & *alterantes*, tandem *absorbentia, antispasmod. Zzina*, ut & *antiscorbutica*, ut succ. cochl. nasturt. Item *anticolica c. sperm. ceti &c.*

Hoc etiam observavit *Excellentiss. Dn. Præs.* in ægro quodam tympanitico, quem vomitorio & enematib. bis invicem injectis curatum vidit, cujus historiam 3bus hic delineabimus: Petiit scl. ab eo dictus æger consilium tum temporis, dum medicamenta ipsi defecerunt, quorum ob distantiam loci, ubi Medici sui degebant, copiam habere non potuit, rogavit itaq; eum, ut ipsi quædam præscriberet interea, donec nova à dictis suis Medicis adveniant: Examinavit hinc *Enc. Dn. Præs.* ægrum, percepitque singulo biduo evomere illum lympham quandam ω m, summèq; austeram, ∇ m

ratione saporis referentem, similesque ructus cum eructare, retulitque se non modo liberius ab isto vomitu respirare, ventrem m. quoad partes superiores detumescere, sed & facilius obambulare, sedere, equitare, imò plures cibos capere illum posse. Mirum autem in modum intumuit venter secundum omnes suas regiones. Judicavit tum *Exc. Dn. Pres.* hærere materiam talem γ m & austeram in intestinis quoque pituitam hinc intestinalem coagulari quasi, crassam, viscidam reddi, rodere ac irritare simul ad vomitum, cum aliis fermentescere, atque in vapores aliquid ex pituita transire, hosq; crassos esse debere, ex pituita sc. viscidâ natos, hincq; parietibus intestinorum tenacius nimis adhærere, ut promoveri nequeant; Cumq; insuper ex consilio vidit, antacida varia atque absorbentia fuisse præscripta, lymphamque istam γ m jam præparatam esse & alteratam, præeunte naturâ, digito quasi monstrante, quid agendum sit, judicavit proficuum fore *vomitum*, & absoluta hujus actione, *enemata injecta*, ut per emeticum maximam partem ejiceretur, quod in tenuibus hærere intestinis, per clysteres v. quod *intra*ssis, ut concussa postmodum hæc eò facilius reddant contenta p. n., quod & feliciter benedicente Deo successit; per inferiora n. rejecta fuit mediantibus clysteribus pituita vitrea copiosissima in formâ insignium frustorum gelatinosorum, qualia m. 2dum clysterem secuta fuerunt, non minora numero atque magnitudine unâ c. flatibus, quo facto venter subito totus detumuit, qui mirum in modum antea distensus fuit, à cujus inflatione adhuc liber ac immunis vivit, licet nuper dum dolores colicos perpeffus fuit intolerabiles quasi, per clysterem itidem ejecerit talem pituitam vitream.

SOLI DEO GLORIA.

Medicus se ipsum curare scit, & sciat!

WEr in der Medicin, so hoch als Ihr gekommen/
 Weist ja wie jeder Schmerz bald möcht zu lindern sehn?
 Und solt es unverhofft gar anff das Höchste kommen/
 Wenn etne frembde Hitz das schwache Herz nimbt ein;
 So wird zu wenden die sich Phœbus lassen sehen
 Die weiß Er jederzelt / der best Arzt ist und helffet
 Welch manche Schöne Cur war schon durch ihn geschehen;
 Die Venus mehres schlimm als gut zu machen weißt.
 Deswegen ligt Euch ob/ daß Ihr hinführ erfüllet/
 Zu erst an Eurem Leib/ was sonst Euch gebühret.
 Genug! daß Ihr bereits Euch manchen Schmergen stilltet/
 Und durch sinnreiche Kunst / zu süßer, Ruhe führt.

Mit diesen wenigen hat des Herrn DOCTORANDI Seines hohen werthisten Herrn Bruders vor drey Tagen Communicirtes Consilium Medicum, benebenst herzoglicher gratulation der preiswürdigen Endigung Seines Höchstl. geführten Academischen lauffes in *Lpl* beantwortet sollen

JOH. ERHARD. WAGNER, Med. Lic.